



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

ratione factum, in Christi sanguine blasphemū est.  
 Proinde, adcomodate admodum blasphemia blasphemis  
 conditur, hoc est, similes habent labra lactuam  
 quam enim incommode hæc ad demortuorum au-  
 lia quadrent, agnoscit quisquis è uigilijs illis, sed  
 rursus insomnijs, excitatus fuerit.

## CAP. VIII.

**R**espōdens Bildad Suites, dixit, Vsq̃  
 quo garris talia, & spiritus elatus,  
 sermones oris tui ē

Nunquid Deus iniquus esset iudicio,  
 nunqd̃ omnipotēs iniqu⁹ esset iusticia

Etiāsi filii tui peccauerint cōtra ipsum,  
 qđ dimiserit eos ī manu impietatis suæ.

Tu tamen si requisieris Deū, & omni-  
 potentem rogaueris.

Si purus & rectus fueris, mox euigila-  
 bit ad te, & restaurabit tabernaculum ius-  
 sticie tuæ,

Et quod initio erat paruum, postremo  
 multiplicabitur nimis.

*Secundus amicus Hiob Bildad Suites, impatiens  
 Hiobis audiens, quasi iam certus de cōmuni cum alijs  
 casu*



eis caussa, & ex presentibus blasphemijs, prateritã ad afflictionem impietatis poenam esse conijciens, conatur Hiobem ad confessionem peccatorũ & resipiscen-  
 etiam reuocare, duobus argumentis: primum ducitur à resipiscentiũ benedictione, quod patrũ autoritate cõ-  
 firmatur. Secundũ, à subitanea hypocritarũ maledicti-  
 one, tacite Hiobem mordens, tanq̃ hypocritam. Sunt  
 aut̃ pareneses uerissimæ & pijsimæ, hoc uno impie,  
 quod in Hiobem, citra caussam adlictum, male tor-  
 quentur, ut solent mendaces, etiam uerissimis pro sua  
 libidine abuti, & ea aliò torquere.

## VSQVEQVO GARRIS TALIA.

Ahuc ne, ô Hiob, adusas Deũ iniusticie, & po-  
 nis in cœlũ os tuum? nondũ fateris, te iuste peccatorũ  
 caussa, adfligi? putasne Deum iudicio iniquum, aut in-  
 iusticia impium esse? Porro, iudiciũ est, quum punitur  
 sors iusticia, quum absoluitur insons: nusq̃ aut̃ iniu-  
 stus reperietur Deus, nec iudicio puniens sontem, nec  
 iusticia absoluens insonem, reddit enim, ut iustus ius  
 dex, unicuiq; iuxta opera sua: si impia fuerint, poenã:  
 si pia, gloriam & uitam eternã: nam & legis & ius-  
 ticia ratio exigit, ut nullũ malum impunitũ, & nullũ  
 bonũ <sup>α μ ε</sup> <sup>δ ο υ</sup>, id est, sine mercede, maneat. Ceterũ,  
 hanc legis sententiam, & iusticiae decretũ, Euangeli-  
 on <sup>ο ι</sup> <sup>κ ο υ</sup> <sup>μ ε ι</sup>, id est, dispensat, nam per fidem in pro-  
 missionem Dei, quæ est IESVS Christus, malũ im-



ANNO T. IN HIOB

punitū manet, hoc est, peccatū remittitur, & culpa  
 pœna: per infidelitatē uero, bonū in gloriam relinquitur.  
 Quicumq; enim ex operibus legis sunt, ex maleficio  
 sunt, & Israël sectando legē iusticie, ad legē iusticie  
 non peruenit, quia nō ex fide, sed operibus. Atq;  
 hæc est unica nostra gloriatio, quam habemus in Euangelio  
 Iesu Christi, qd' nō iudicabimur iuxta peccata,  
 & opera, sed iuxta fidē & infidelitatē: Qui credit  
 rit, ait Christus, nō condemnatur, qui uero nō credit  
 rit, iam iudicatus est. Et Ro. 8. Nihil est cōdemnatio  
 (licet multū sit peccatorum) his, qui insitū sunt Chri-  
 sto Iesu. Huc adludit Ezech. 18. Quū auerterit se iustus  
 à iusticia sua, & fecerit iniquitatē, morietur in eis: in  
 iusticia, quā operatus est, morietur: & quū auerterit  
 se impius ab impietate sua, quā opatus est, & fecerit  
 iudiciū & iusticiam, uita uiuet, & nō morietur: om-  
 ni iniquitatū eius, quas operatus est, nō recordabor, ait  
 Dominus &c. Vnde q̄ Euāgelij Dei gloriā, nō intelli-  
 gunt, & zelo legis (quæ mala punit, nō remittit nec  
 obliuiscitur, bona uero honorat) imprudēter ferūtur,  
 dicunt: nō est æqua uia Domini, qd' scilicet malicie re-  
 sispiscantis, & bonitatis in impietatem relabentis ob-  
 liuiscatur, quādo iuxta legis decretū, malū sit punien-  
 dū, & bonū honorandū. Sed audiūt rursus: nolo mor-  
 tem impij, dicit Dominus Deus: Reuertimini & ui-  
 uete, id est, credite, & oīa peccata obliuioni tradentur.

*Iuxta fidē aut  
 infidelitatem  
 iudicabimur.*

Etiā



ETIAM SI FILII TVI PECCAVERINT. Adhortatio ad resipiscentiã: filij tui, inquit, penerunt, nulla spes salutis eorũ relicta est: iusta enim causa, ob grande forsitan scelus mortui sunt, tibi vero spes resipiscentiæ relicta est: neq; enim pater iniquitate filij portabit: age itaq; require Deũ, agnosce afflictiones tuas iustas esse: noli Deum iniusticiæ arguere, sed potius precare omnipotentem, misericors est, ignoscat tibi: si enim purus & rectus fueris, hoc Ezech. 18 est, si resipiscas, euigilabit Dominus ad te, & restaurabit tabernacula tua, pro iusticiæ tuæ merito: in superlata benedictione, domum tuam uisitabit, ut quod initio paruum fuerit, post abundantissime multiplicetur. Eandem habes benedictionem Deut. 28. Si audieris uocem Domini Dei tui, benedictus eris in ciuitate, benedictionem effundam super cellaria tua, Psal. 127. Vxor tua sicut utris abundas, in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarũ &c. Prouer. 10. Benedictio Domini super caput iusti. Sed quid hæc recensentur, quæ tota scriptura promittat Verbum Domini audienti, benedictiones? Porro, ut hæc adhortatio, ad resipiscentiam iusta est, ita non probat Hiobem inuito propter peccatorum merita, adfluctum esse.

Nã obsecro, interroga generationẽ priorẽ, & para te ad inuestigandũ patres eorũ. Nos enim hesterni sumus, & rerum ig



ANNOT. IN HIOB

nari, quandoquidem umbra dies nostri  
super terram sunt.

Nonne ipsi docebunt te? dicent tibi  
(ueritatem) & a corde eorum egredien-  
tur sermones (prudentes)

INTERROGA GENERATIONEM

Quod dixerat, iustos benedici, patrū autoritate  
firmat, quasi diceret: sordent forte tibi iuniorū testi-  
monia, maiori ueneratione patrū caniciē suspiciens: que-  
re igitur maiores, interroga patres, qui multo usu &  
experientia, sapientiā collegerunt: ecce ij docebunt,  
me uera loqui, et ad afflictionē tuam tibi iuste cōtigisse.

NOS HESTERNI SVMVS &c.

Prudentia multo usu & experientia constat: hinc  
seniores iuuenibus prudentiores sunt, iuuenes enim he-  
sterni sunt, id est, nuper nati, nondum prudentiam ac-  
paratur annis nis collectam, possidentes: pulchre autem, breuitatem  
uite nostræ, per hesternum & umbram delimitat, nam  
nihil nobis propinquius, ex præteritis diebus adiacet,  
quàm hesternus dies: ita ortus noster etiamsi ante  
quinquaginta annos fuerit, uidetur tamē nobis hester-  
nus, ac nuperrime factus. Præterea, quid citius transi-  
it: homo bulla. umbra? Sic uita nostra, ut ortum habet nuperrimum,  
ita finem habet celerrimum, adeoq; probe quidam  
xit: homo bulla est, quæ in superficie aquarum sub-



orta, mox interit. Iam quā breuissima sit uita nostra, Senes uenerā-  
 prudentiarum, è senioribus & maioribus discēda di, ob prudens  
 est, sancta enim & ueneranda est senū authoritas, un tiam.  
 de & Leuit. 19. præcipitur: coram cano capite cōsur-  
 ge, honora personam senis, & time Dominum De-  
 um tuum, hoc est, Dominus in senioribus timendus  
 & uenerandus est. Sed ne quis existimet, senioribus  
 in omnibus rebus, etiam diuinis, ideo credendum esse  
 quod authoritas eorum, sacrosancta habēda sit. Hiob  
 in capite 12. hunc locum diluit, dicens: in maioribus  
 (iuxta amicorum meorum opinionem) est sapientia  
 & in longæuis intelligentia: at ego dico, apud Domi-  
 num est sapientia, fortitudo, & intelligentia, hoc est,  
 facit præ omnibus hominibus, audiendos & uene-  
 randos esse maiores, sed ita, ut Dominū in ipsis agno-  
 scamus: quod si in ipsis, Dominum aut Verbum eius  
 non inuenerimus, senectus & canities non persuade-  
 ant non enim propter canos, sed propter Dominum  
 ipsos audimus & ueneramur, Sapient. 4. Senectus ue-  
 nerabilis est, non diuturna, nec annorum numero cō-  
 putata, nam cani hominis, sunt prudētia eius & etas  
 senectutis, uita immaculata.

Nunquid uirescet scirpus, sine luto hu-  
 mido, aut crescet pratum sine aqua?

Alioqui, dū adhuc in flore fuerit, prius  
 quam succidatur & foenum fiat, arefcit.



ANNOT. IN HIOB

Sic sunt semitæ omnium obliuiscerunt  
um Dei, & expectatio hypocritæ perit.

Quoniam exterminatur fiducia eius  
& domus aranei confidentia eius.

Innititur super domũ suã, sed non pe-  
durabit, adprehendet eam, sed nõ surget

NVNQVID VIRESCET SCIRPVS

Secundum exhortationis ad resipiscentiam argu-  
mentum, ab hypocritarum maledictione ductum: nisi  
forte malueris patrũ authoritatem, quam ante Bildad  
allegauit, ueluti præfationem esse illius, quod nunc se-  
quitur, qua probare uelit, nullum iustum adfligi, sed so-  
lum impium hypocritam, sicuti in fine addit.

ECCE DEVS NON REPELLIT IN-  
TEGRVM &c. Iã ut resipiscentes, & peccata sua  
coram Domino confitentes, benedicuntur, id quod in  
priori huius capituli parte, Bildad docuit, ita impij hy-  
pocritæ, sese iustificantes (qualem Bildad Hiobem im-  
simulat) maledicuntur. Porro, quemadmodum alius  
Spiritus sanctus, profectum pietatis, frugiferis arbori-  
bus, iuxta aquam plantatis, comparat, ut est Psal.  
Erit tanquam arbor plantata, iuxta decursus aquarum,  
quæ fructum suum dabit in tempore suo: ita hoc loco  
impietatis maledictio, eũ iuncis & floribus, arido,  
humeclatoq; solo enatis, comparatur: iuncus enim



natura sua in locis humectis nascitur, & nisi pratum irrigaueris in medio uere, priusquam ad scenum demetatur, arefcit: sic nulla spes, nulla fiducia constat, nisi Domino, aut Verbo eius irrigata: aufer Dominum, aut Verbum Domini, cadit omne humanum auxilium omnis claritudo, magnitudo & altitudo: VERBUM AUTEM DOMINI MANET IN AETERNUM. iam hypocrita, aridissimo loco constituit, nullo Deo, nullo Verbo irrigatus, sed mera opinione, imaginatione propria suffultus: perit itaque à fiducia sua, & spe sua in iudicio pudefit. Exempli gratia: qui mane Missam Papisticam uidet, ut per totam diem felicius uiuat (hæc enim potissima hypocritarum ratio est, in uidentis seu audiendis Missis) aut qui ad diuum aliquem peregrinatur, ut ab aduersis liberetur: in perinde ac iuncus sine humore, & pratum sine irrigatione, spe sua destituetur, propterea quod caret Verbo, scælicitatem ex auditu Missarum, aut sanitatē e uisitacione reliquarū sanctorū promittente: quum igitur sol ortus fuerit, et iudicium Domini incaluerit, perit omnis eius spes & fiducia.

*Humana ratio, in cultibus impijs confunditur.*

QUONIAM EXTERMINATUR &c. Confidentia hypocrite, impia est, neque in iudicio Domini perdurare potest: nam adinuationes proprie & nuge humanæ, quibus hypocrita fidit, coram Deo abominaciones sunt. proinde non possunt in se consistere.



Humanum auxilium inualidum, iudicante domino, domino non iudicante, sepe murus erit ualidus satis.

dentem, iudicij tempore liberare, unde & aranei domos dicuntur: araneus enim uenationi studiosus, mirabili artificio, rete suam in aëra extendit, non tam sine in domum, quam in uenationem muscarum, in qua rete, si graue inciderit, non sustinetur, sin leue ut musca, capitur: unde & quidam, legem aranei tela coparat, propterea quod ferè, dat ueniã coruis, uexat cœsura columbas: ita quũ confisus fueris humano auxilio et adiuuentione propria, sustineberis quidẽ tantisper, dum leuis fueris, & à iudicio Domini liber: at cum ingrauescat horrendũ Dei iudicium, aranei rete, hoc est, humanae promissiones, & adiuuentiones propriae non poterunt te liberare: exemplũ habes in Iudeis Aegyptiorum & Assyriorum auxilio confidentibus, ut est Esaiã 30. & 31. Habebant illi in initio spem, Aegyptiorum ampullis & magnificis promissis inflati, sed in iudicio, Aegyptus erat aranei tela.

INNITITVR SVPER DOMVM SVAM.

Impius confidit in domũ, uel aranei, uel in domũ propriam, hoc est, omniẽ suam substantiam, omnes diuitias, fortitudinem & cognationem: sed nec substantia, nec diuitiæ, nec fortitudo, nec cognati hypocritam ab ira Dei liberare possunt, sola fides in Verbum Domini, liberat: non perdurat, qui super hanc nam ædificat: perdurat, qui super firmã petrã, quæ est

CHRISTVS IESVS, domũ suam collocauerit.

Vpre



Virescit ( iuncus ) priusquam ueniat  
sol, & in horto suo germen egreditur.

Ab irrigatione radices eius cōdensan-  
tur, Domum lapideam uidet.

Si deglutiuerit eum ( sol ) de loco suo,  
mentietur ei ( locus, dicens ) non uidi te.

Ecce hæc est læticia uia suæ, & de pul-  
uere alii germinabunt.

DIVERSA LECTIO.

Vbi hebraeus habet *וַיִּשְׂכַּח* alij interpretantur acer-  
num lapidum, alij fontem seu irrigationem, ut sit sen-  
sus: iunci nascuntur inter petras, in locis humectis,  
& scaturigine fontium adfluentibus.

VIRESCIT PRIUSQVAM &c.

Perstat Bildad, in eadem Scirpi metaphora, sub qua  
antea hypocritarum interitū descripsit, nam scirpus  
in humectis locis, & quæ plerunq; firmissimis petris  
conclusa sunt, nascitur: uirescit igitur, et in loco horti  
sui ob humorem luxuriat, ut uideatur diutissime dura-  
turus, præsertim cum undiq; etiam saxo durissimo sit  
circundatus, at quum sol incaluerit & scirpi hortum  
calore suo, exsiccauerit, tū languescit & perit, quasi  
nunquam enatus fuisset, ac petra quæ ante uidebatur  
eius firmitudo, & defensaculum, post incalescente so-  
le sit summa eius pernicies: itaq; sic euanescit, perit.



ANNOT. IN HIOB

de ac deglutiretur à sole, adeoq; locus eius propter ardorem, sic mentitur fertilitatem, ut nihil minus uideatur, quam quod illic iuncus quondam enatus fuerit. haec enim est laticia uia eius, hoc est, haec iuncorum conditio, ut propemodum uideantur ea re delectari, si subito nascantur, & incalcescente sole, subito emarescant, ac rursus alij, de puluere germinauerint, si de nouo locus humore irrigetur. Eadem plane est hypocritarum conditio, priusquam enim incaluerit sol, id est, iudicium diuinum, foelices, uirides, floridi sunt, hortus eorum plantis nouellis luxuriat, ager frugibus densatur, domus fundamento lapideo constat: breuiter, omnia impij benedicta uidentur: ut & spiritus in Prophetis miretur profundū hoc Dei iudicium, quod impijs bene, pijs male faciat, Hieremie 12. Quare uia impiorum prosperatur? bene est omnibus qui praeruaricantur & inique agunt, Habacue 1. Quare non respicis super inique agētes, & taces, deuorante impio iustiorē se. Multum praeterea spiritui negocium, exhibet haec impiorum benedictio, ut pios in officio contineat, ne prospera impiorum uita offēsi, crucis teadeat, & pietatis poeniteat. Porro hoc potissimum argumentum à scandalo eos continet, quo ostendit benedictionem impiorum non durare, sed temporaneam, diuturnam, & potius momentaneam esse, ut & hoc loco ex metaphora iunci, Bildad docet: tantisper im-

Impij prosperantur.

pios flor  
eos de gl  
Deo ma  
non uel  
7. Mu  
per non  
fitebor  
eil Dom  
35. Vid  
transi  
trafian  
hanc fo  
latician  
ru, ruc  
rit. Vid  
percu  
eo, qu  
bem, p  
rursus  
ctum h  
no. Ser  
xtus A  
E C  
Po  
mirab  
impio



pios florere, dum Dominus iudicio suo uenerit, &  
 eos deglutierit, ante iudicium enim uidentur, quasi  
 Deo maxime omnium probarentur: in iudicio autem  
 non uel per transfennam eos agnoscit, ut est Matth.  
 7. Multi dicent in eo die, Domine Domine, nonne  
 per uocatum tuum prophetauimus &c. & tunc con-  
 fitebor illis, non cognoui uos, hoc est, multos abij-  
 cit Dominus, qui uidebantur initio electissimi, Psal.  
 36. Vidi impium superexaltatum, ut cedros Libani,  
 transfuit, & ecce non erat. Vsq; adeo enim uarie impij  
 trahantur, dum nunc eleuantur, nunc deijciuntur, ut  
 hanc fortunæ aleam, unicam eorum conditionem &  
 læticiam dixeris, eleuatur enim impius, & mox pe-  
 rit, rursus alius de puluere surgit, qui & ipse mox pe-  
 rit. Vides hoc iudicium in regibus Israëliticis. Sallum  
 percussit Zachariam regem Israë, & regnauit pro  
 eo, quum uix mensem regnasset, occisus est à Mena-  
 hem, post quem Pexahia, qui interfectus est à Pexa,  
 rursus Pexa ab Hosea, ut legis 4. Reg. 15. Idem iudi-  
 cium habes in Romanorum regibus, Pertinace, Iulia-  
 no, Seuero, Caracalla, Macrimo &c. ut testantur Se-  
 xus Aurelius, & Eutropius.

ECCE HAEC EST LAETICIA &c.

Potes & hunc locum sic intelligere, ecce hoc est  
 mirabile Dei iudicium, hæc est læticia eius, ut deijciat  
 impios, et alios de puluere excitatos, substituat impij

Victimæ im-  
 pij reges.



ANNOT. IN HIOB

enim sunt uictima Domini odoratissima: sed prior se-  
tētia, metaphora à scirpo cepta, cōmodior uidetur.

Ecce Deus non reicit innocentem, &  
non apprehendit manu iniquos.

Donec impleatur risu os tuum, & labia  
tua iubilo.

Odientes te induantur confusione, &  
tabernaculum impiorum pereat.

ECCE DEVS NON REICIT.

Conclusio, qua Bildad sententiā suam in Epilogū  
colligit, Deus iniquens iustum non perdit, impiū non  
saluat. Proinde cum ô Hiob, propter impietates ad-  
fluctus sis, non cessabit adfluctio, donec resipueris &  
peccata tua agnoueris, quod si uero resipiscas, imple-  
beris gaudio, & letaberis: adhuc quicumq; te ode-  
rint, confundentur, & impiorū tibi aduersantiū habi-  
tacula corruent, sic enim & Abrahamo benedicatur,  
faciam te in gentem magnā, benedicam benedicenti-  
bus te, & maledicam maledicentibus tibi. Nam quā-  
uis impij uideantur in hoc mundo florere & benedi-  
cti esse, sunt tamē maledictioni obnoxij, quae suo tem-  
pore reuelatur: iam, ut nunc impij maxima animi la-  
ticia, piorū adfluctiones in hoc mundo adspiciunt: ita  
rursum in iudicio Dei risui erunt omnibus creaturis,  
& coram eis confundentur, Esa. 66. Erunt ad sacra-  
tem

Impij erunt vi-  
sui pijs, in iu-  
dicio domini.



tem uisionis, omni carni. Huc adcedit, quod & p̄ij, in  
 hoc mundo persecutionem ab impijs patientes, impi  
 os uidebunt, ut est, Matth. 18. & 1. Corin. 6. Grae  
 cus paraphrasticôs, ita exponit, ὁ θεὸς κέλευσ οὐ μὴ  
 ἀπορίσκηται ἐν ἀκακῶν, πᾶν καὶ δῶρον ἀσε  
 βῶσ οὐ δέξεται, ἀληθινῶν δὲ σώματα ἐμπλήσει  
 χάριτος, τὰ δὲ χεῖλη αὐτῶν, ἰσομολογήσε  
 αὐτοῖς, ἀλλ' ἐχθροὶ αὐτῶν, ἐνδύσονται ἀσχύνη  
 δίκης, ἡ ἀσεβοῦς, οὐκ ἔσται, id est, Dominus non  
 rejiciet malignum, & nullum donum impij suscipiet,  
 innocuum autem os implebit risu, & labia eorum cō  
 fessione, & habitatio impij non perdurabit. Ut scili  
 cet, sub particulari loquutione, uniuersalem intelli  
 gas, qua Bildad nō solum Hiobem, sed quemuis piuum  
 peccata sua agnoscentem, & se iusta in adflictione  
 pati, confitentem, benedici & ab aduersariorum ca  
 sugudio repleti pronunciat. Porro quod hic dicitur,  
 innocentem nō repelli, impium non iuari, uere dici  
 tur, sed non commode hic profertur, quamuis enim  
 Dominus non rejiciat innocentem, adfligit ta  
 men sine caussa, quamuis non iuuet im  
 pios, nec saluet, beneficijs tamē  
 afficit, usq; ad illum de  
 em, quem Domi  
 nus nouit.

Adfligit ut  
 probet &  
 liberet.